VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. Seite 147r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



eis, apparuit vir ille spurius
nomine goliad astendens phi-
listeus de geth, ex castris
philistinorum, et loquente eo,
hec eadem verba audiuit da-
uid, Omnes autem israelite cum vi-
dissent virum fugerunt a facie
eius timentes eum valde. Et
dixit unus quispiam de israel, Nun-
quid vidisti hunc virum qui astendit,
Ad exprobrandum enim israel asten-
dit. Virum enim qui percusserit
eum ditabit rex diuitiis mag-
nis et filiam suam dabit ei,
et domum patris sui faciet abs-
que tributo in israel. Et ait da-
uid ad viros qui circumstabant
dicens, Quid dabitur viro qui
percusserit philisteum hunc, et
tulerit opprobrium de israel. Quis
est enim hic philisteus incircum-
cisus qui exprobrauit acies dei
viuentis. Referebat autem populus
ei eundem sermonem dicens, Hec
dabuntur viro qui percusserit eum.
Quod cum audisset heliab frater
eius maior, loquente eo cum
aliis iratus est contra dauid et
ait, Quare venisti et quare
dereliquisti pauculas oues
illas in deserto. Ego noui
superbiam tuam et nequitiam tuam
cordis, quia ut videres prelium
descendisti. Et dixit dauid,
Quid feci. Numquid non verbum
est. Et declinauit ab eo pau-
lulum ad alium. Dixitque eundem
sermonem. Et respondit ei populus
verbum sicut et prius. Audita
sunt autem que locutus est da-
uid, et annunciata in conspectu
saul, ad quem cum fuisset ad-
ductus, locutus est ei. Non
concidat cor cuiusquam in eo. Ego

seruus tuus vadam, et pugna-
bo aduersus philisteum. Et ait
saul ad dauid, Non vales re-
sistere philisteo isti, neque pug-
nare aduersus eum, quia puer es
hic autem vir bellator ab ado-
lescentia sua. Dixitque dauid
ad saul, Pascebat seruus tuus
patris sui gregem, et veniebat
leo uel ursus, tollebatque arie-
tem de medio gregis, et se-
quebar eos et percutiebam, erue-
bamque de ore eorum, et illi con-
surgebant aduersum me et com-
prehendebam mentum eorum, et suf-
focabam interficiebamque eos. Nam
et leonem et ursum interfeci
ego seruus tuus. Erit igitur
et philisteus hic incircumcisus quasi
unus ex hiis qui ausus est ma-
ledicere exercitum dei viuentis.
Nunc vadam ut aufferam opprobrium
populi. Et ait dauid, Dominus qui
eripuit me de ore leonis et
de medio ursi, ipse me libera-
bit de manu philistei huius.
Dixit autem saul ad dauid, Va-
de et dominus sit tecum. Et induit
saul dauid vestimentis suis
et imposuit galeam eream
super caput eius et vestiuit eum
lorica. Accinctus ergo dauid
gladio eius super vestem suam,
cepit temptare si armatus pos-
set incedere. Non enim habebat
consuetudinem. Dixitque dauid
ad saul, Non possum sic incedere,
quia nec usum habeo. Et de po-
suit ea et tulit baculum suum
quem semper in manibus habebat,
secum, et fundam elegit sibi
quinque limpidissimos lapides de
torrente et misit eos in
peram pastoralem, quam habebat